



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 135. Pisani Concilii initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** datum fuit, & Buccicaldus in hujus sedi-  
**A.C. 1409.** tionis Auctores severius animadverti ius-  
 sit, quorum plurimi pœnas mortis pende-  
 runt, eorumque domus solo æquatae.  
 Quibus peractis Legati iter suum profecu-  
 ti, Pisas tandem venerunt.

## §. CXXXV.

*Concilii Pisani initia.*

**Collect. Conc.** **Primus**, solemnisque concessus Concilii,  
**tom. XI. p.** quod ad diem vigesimam Martii anni  
**2117.** supra millesimum quadringentesimi noni  
**Bzov. n. 5.** Pisis indicebatur, præstituta die habitus  
 est, omnibus Gregorii artibus (\*) ad impe-  
 diendam Synodum incassum adhibitis, ut-  
 pote cujus auctoritas eo tempore non am-  
 plius adeo suspiciebatur. Regna enim  
 Hungariæ, & Poloniæ, nec non Provinciæ  
 Russiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rasciæ, Ser-  
 viæ, Bulgariæ, & Sclavoniæ, quæ prius  
 hujus

(\*) Huc applicare liceat ea, quæ in simili  
 calumnia S. Antoninus part. 3. tit. 22. c. 5. §. 2.  
 de Gregorio scribit, refellens eos, qui tam Gre-  
 gorium, quam Benedictum juramentum & fidem  
 de unione Ecclesiæ promovenda præstitam violasse  
 se arguebant: Quod si, inquit ille, verum credi  
 posset ex parte Benedicti, tamen de Gregorio  
 non idem apparuit. Licet vulgus ex divulga-  
 tione Cardinalium & aliquorum hoc sentiret,  
 scilli-



hujus Pontificis partes tuebantur, una-  
 cum Comitatu Cilleiensi penitus ab eo  
 deficere meditabantur. Concilium istud  
 tam nobilitate, quam numero certatim  
 confluentium cum aliis Conciliis a longo  
 tempore in Ecclesia celebratis de palma  
 contendere potest. Intererant viginti duo  
 Cardinales, quatuor Patriarchæ, scilicet,  
 Alexandrinus, Antiochenus, Hierosoly-  
 mitanus, & Gradensis, Archiepiscopi duc-  
 decim per se ipsos, & quatuordecim per  
 Procuratores, octoginta Episcopi, & du-  
 centi aliorum Procuratores; Abbates  
 octoginta septem, quos inter Cistercien-  
 sis, Claravallensis, Grandimontensis, Ca-  
 maldulensis, & Vallis umbrosæ, nomine  
 omnium ordinis sui Monasteriorum, item  
 Procuratores ducentorum aliorum Abba-  
 tum, Priores quadraginta & unus. Ad-  
 fuere insuper Generales FF. Prædicato-  
 rum, Minorum, Carmelitarum, & Augu-  
 stinianorum. Magnus Rhodiorum Ma-  
 gister

Sæcul. XV.  
 A. C. 1409.

Alex. hist.  
 Eccl. Sæcul.  
 XV. Dis-  
 sert. II. pag.  
 345.

M 2

gister

scilicet quod colluderet vel simularet, quinimo  
 contrarium ostensum est. Nam Concilium Con-  
 stantiæ celebrandum ipsius approbavit: suos  
 Cardinales misit, & quia decrepitus erat, ire  
 non valens, procuratorem misit Malatestam ad  
 renuntiandum. Nec transgressor juramenti  
 vel voti judicari debuit, si non debito modo  
 agere potuit, quod promisit, alio ei insidiantem,  
 ut nondum clarificatus de jure suo id sibi soli  
 usurparet.



Sæcul. XV.  
A. C. 1409.

gister cum sedecim Commendatoribus, Prior Generalis Equitum S. Sepulchri, & Procurator Generalis Equitum Teutonorum, magni Magistri, totiusque Ordinis sui nomine, unacum Academiarum Parisiensis, Tolosanæ, Aurelianensis, Andegavensis, Montispeffulanæ, Bononiensis, Florentinæ, Cracoviensis, Viennensis, Pragensis, Coloniensis, Oxoniensis, & Cantabrigensis aliarumque Oratoribus. Pisas quoque adibant Capitulorum Procuratores centum & amplius, Ecclesiarum Metropolitanarum, atque Cathedralium, nec non Regum Franciæ, Angliæ, Lusitaniæ, Bohemiæ, Siciliæ & Cypri, ac Burgundiæ, Brabantiæ, Lotharingiæ, Baviariæ, Pomeraniæ Ducum, Brandenburgensis Marchionis, Thuringiæ Landgravii, omniumque pene Germaniæ Principum Legati. Denique plusquam trecenti Theologiæ, ac Decretorum Doctores.

§. CXXXIV.

*Sessio prima, illius solemnitas.*

*Niem. 1. 3.*  
*e. 38.*

Postquam Prælati Pontificalibus ornati, ritu supplicantium ex Ecclesia S. Michaelis ad Cathedralē Pisanam procefferant, feria secunda die Beatissimæ Virgini annuntiatae sacra in anteriori parte templi primus hujus Concilii confessus habi-